

P V I S

1 6 1 8



- | | |
|--|---|
| I. Conradi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptus die. | |
| II. Beremanni paraphrasis Psalmorum 121. 91. 123. 124. | |
| III. Beremanni paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09. | |
| IV. Beremanni paraphrasis Psalmi 08. | |
| V. Beremanni Epipemphion Psalmorum 91. 97. | |
| VI. Beremanni Psalmi 104. 0. 19. | |
| VII. Polletari Paraphrasis Prometei Ione | XXIX. Eusebii Johanni Ernesto |
| VIII. Munderphii paraphrasis Ione. | capit. Anhaltino v. Alberto Voito dictus. |
| IX. M. Iacobi Gregorii Ionas. | XXX. Angelii ad Barthelemy de Wschmitz. |
| X. Joannis Fabri de Nativitate Christi. | XXXI. Memoriae Damolii Diepholdii. |
| XI. N. Theodori de Nativitate Christi. | XXXII. Abrahami Cremeri de preemptione ad Polin. |
| XII. Wiltzeri Ode de Redemptionis Obere. | XXXIII. Propemptica Fyfelio et Cremero dicta. |
| XIII. Optii de Peccatis Christi ad Inferos. | XXXIV. M. Victori, cum renuntiaretq. Rector. |
| XIV. Domarii Heptas simulacra Resurrectionis. | XXXV. Ode Sapphica in Doctores Honoratus |
| XV. Sfortiorib. ubiq. impudentissimis. | Fyfelii & |
| XVI. Trautmanni instructio p. vero Lutherano. | XXXVI. In Magisterii Honore Joh. Cram |
| XVII. Praetori Epistola Germaniae ad Electores. | XXXVII. M. Bernmanni in honorem Magister |
| XVIII. Moiti & Ruma ad Christianum Pr. Anhalt. | rii Lipsensis XX juvenum. |
| XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. An. | XXXVIII. M. Rottii in Magisterium Haberlandi. |
| XX. Henrici ab Eichen ad Maunicium Pr. An. | XXXIX. In Magisterium Copenii |
| XXI. Abrahami Cremeri ad Electore Brand. | XL. Bethmanni Herdesiani. |
| XXII. M. Amlingi ^{es. 1708} Statulatio in Natalem | XLI. Christiani Vogleri. |
| Rudolphi Principis Anhaltini. | XLII. Abrahami Theopoldii. |
| XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. An. | XLIII. M. Copenii Gratiani. ^{1710 in Magister} |
| XXIV. Beremanni Eclogae Rodolphus. | XLIV. De Dignitate Consulati Trevesi. |
| XXV. Bromii Nuptias ratis Rudolphi Pr. | XLV. De Dignitate Nuntiatus Gelami. |
| XXVI. Wrsini et N. Jeno Nuptias | XLVI. Apocryporum Politiconum sigula. |
| eiusdem. | XLVII. Nuptias Petri a Jena. |
| XXVII. Parentalia Augusto Electori a | XLVIII. M. Pucmerzi. |
| D. Maiore habitata. | XLIX. M. Richardi. |
| | L. Wolfgangi Hanen. |

49
N V P T I I S.

CL. V. D. VVOLF.

GANGI HANEN I. V. LICENTIATI
& Scabini Halensis, Sponsi:

&

PVDICAE VIRGINIS KATHARINAE

SALVVARTS, Ioachimi F. Sponsa.

Celebratis IV. Non. Septemb.

Anno 1594.



Halæ Saxonum,

TYPIS ACHATII LISKANI,

Anno 1594.

KLVS

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is mirrored and includes names and titles such as "G. V. D. V. V. O. L. E.", "G. V. D. V. V. O. L. E.", "G. V. D. V. V. O. L. E.", and "G. V. D. V. V. O. L. E.". There are also some illegible words and numbers scattered throughout the section.



Handwritten text at the bottom of the page, including the name "T. P. S. A. C. H. A. T. I. L. I. S. K. A. N. I." and the date "Anno 1774".



Multipliciter subdis ferratis ergo capistris
Coniugij duro colla premenda iugo?
Antè mihi paulò validis robustus in armis
Vifus eras: victas tam citò das ne manus?

Quæ subeunda nouis nescisne pericla maritis,
Et mala, Iura tori, quantaq; quotq; ferant?
Non genus hoc vitæ ad certum tibi tempus initur:
Vitæ indiuiduæ est non dirimendus amor.

Vlla nec vxoris cuiq; est electio ductæ;
Prima fuit qualis, talis habenda tibi est.
Si quod inest vitium, non vlli discitur antè,
Quàm thalamum subeat, iam tua facta, tuum.
Mancipiū omne (equus, atq; asinus, bosq;) antè probatur,
A Ere prius posito quam cõematur idem:

Sola nequit cuiquam ducenda patère sed vxor;
Ne, quàm ducatur, fortè ea displiceat:
Seu fatua, iracunda, aut sit morosa, superba,
Fœida, rixatrix, luxuriosa, tumens.

Præterea quoq; multorum causa esse malorum
Fœmineus variâ creditur arte dolus.

Pandora est testis, mens pellicis Oebaliæq;
Turba maritali & conscelerata necesse.

Dæianira docet Calydonia, & ipsa Canopi
Regina, atroces Lemniadesq; docent.

Quis verò verbis, precor, exprimat, aut singultu,
Omnibus hei mater quot mala prima dedit?

Plurima sed focij mala velle referre cubilis,
Arboreos foetus jam numerare foret.

Iuris es Antistes: refero hæc duo, & obuia cunctis
De quibus & grauitè te tua iura monent.

Surgit onus, non surgit honos, cui vita jugalis
Eligitur; sed onus quam graue, & immodicū?

A 2

Vxor

Vxor & haud malè, progeniesq; , tyrannis habetur
 Magna, bono semper perpetienda viro.
 Et siquidem verè res dura domestica cura,
 Assiduusq; labor, continuusq; dolor.
 Quae mala sustinuisse duo, est plena ostia velo
 Ingredi, & in tumidis carbasa ducere aquis
 Seruitioq; ministerij sudante molesti,
 Imperijs sese subiciente, premi
 Exitiale magis verò discrimen an vllum,
 Quàm terri instabilis per vada caeca maris?
 Portus in aspectu nullus; coelum vndiq;, & vnda:
 Quàm propè aqua est oculis, tã propè morsq; tibi est.
 Tristius ane malum quoq; sit, vel acerbius vllum,
 Aspera quàm rigido subdere colla iugo?
 Libertate etenim vt non res preciosior vlla est;
 Seruitium tristi est triste ita morte magis.
 Quisquis at vxorem, iungens, sacra foedera, ducit,
 Naufragus horridonas æquore sulcat aquas.
 Quisquis & vxorem, iungens rata foedera, ducit,
 Seruitio pressus liber hic esse nequit.

AT longè melior Sponsi sententia menti,
 Coelibe cui missa, vita iugata placet.
 Non ratione carens amor exuperantia in illo est
 Vlla voluptatis, ceu Theophrastus ait.
 Nec sibi nec sociam sine Numine quaerit amicam;
 Non oculi, at superi sunt in amore Duces.
 Scit lectum, haud lectum; at lectum; sine Numi-
 ne lectum:
 Missa polo ergo illi lecta puella venit.
 Sunt mala coniugij sua; sed bona plura vicissim;
 Et mala vincuntur vindice pulsa DEO.

Concur

Concutitur vaga cymba Notis; furit Orbis, &
Orcus:

Sed placido vehitur, te Duce CHRISTE, freto.
Libertas grata est; non omnis at expedit: illud

Dulce est, quod Dominus subijcit ipse, jugum.
Plura ego non addo, Sponso meditata subinde:

VNI qui sacrat SEQ; SVAMQ; DEO.
Multa tibi nec SPONSE precor, fausto omine
multa:

Hæc ego sed multum, quæ tibi pauca, precor;
TVQ; TVVMQ; GENVS, sis FELIX, sisq;
BEATVS:

Hic verè FELIX, atq; BEATVS IBI.
Deuoto rata sunt quæ manant pectore vota:
Omen id vt certum est; Omen ita AMEN erit:

M. Christophorus Cæsar
Scholæ Hal. Rector.

Theophras.

Ἐρωσ ὄσιν ἀλογιστῶ ἐπιθυμίας ὑπερβολῆ.

Senar. Prouer.

Ἐκ τῶ εἰσορᾶν γὰρ γίγνεται ἀνθρώποις ἔσθαι.

Prop. lib. 2. Ele- Ele. 15.

Si nescis, oculi sunt in amore Duces.

A;

ALIUD.

A L I V D.

Ingenium Natura dedit: Themis utraq; honorem;
 Splendorem generis sed Pater. Anne satis?
 Vix satis, Hala suas addat quin æmula dotes,
 Quæ vitæ sociam, GALLE, dat atq; thori.
 Sic decet, ut, primos vitæ quæ finxerat ortus,
 Augendæ vitæ suggerat Hala vias.
 Ecquid enim vita est, nisi sit cum Coniuge coniux?
 Quæ, si lapsa semel disperit, heu nihil est,
 At, mediante thoro, sese quæ jugiter auget,
 Crebra recens longos germinat inter auos.
 Sic fit, ut æternùm viuas. Nam semina vitæ,
 Semper habet proles, ceu rediuiua, tuæ.
 Felix, qui, sic se in multos diffundat ut annos,
 In thalami sociam foedera jurat opem.
 Hoc est augmentum vitæ sibi quærere: nunquid
 Sponse, thori ratio, GALLE, tibi ista placet?
 Imò placet, Nam quòd placeat nempe innuis vltro,
 Dum petis, & pactas das in amore vices.
 Hinc, CATHARINA mea est, inquis; quâ fata dederunt;
 Illa tot est votis sponsa petita meis.
 Macte, sat est: fati & voti punctum omne tulisti,
 Et genio diues, diues & ingenio.
 Quod superest, dum vos lecti pia foedera iungunt,
 Te, GALLE, vxori; te, CATHARINA, viro;
 Illud ut auspicijs cedat melioribus opto,
 In decus, & vestrùm laudem viriusq; domus.
 Viuite concordēs animis; tuq; inclyte GALLE,
 Thariadæ tu sis instar, & ILLA! Saxe.
 Sic, quæ vos eadem genuit pia patria, per vos
 Semina præclaræ posteritatis alat.

M. Leonhartus Martini Onoltzb, Fr.

A L I V D:
GRATIAE SPONSO
Sponsæque.

S.

TRina cohors Charitum, linqvens Penëia Têpe,
Venimus ad vestros, SPONSE, vocata
Vt fausto sacris gratemur carmine tædis, (lares.
Quas VENVS, & vobis pronuba IVNO, parat
Cantabunt alij meliori carmine laudes,
SPONSE dilerte tuas, SPONSA decora tuas,
Nos vestro satis est Hymenæo applaudere, quippe
Nos choreas, sed habet doctus Apollo lyram.

A G L A I A.

DVm sacra, GALLE, petis socialis foedera lecti,
Hæc tibi, vt eueniant, fata, tuæq; precor:
Fortunent vestras, cælestia numina, tædas,
Mollis & accensam ventilet aura facem:
Procedant vobis longi feliciter anni,
Et parili semper sit VENVS æqua jugo.
Candida circumëat thalamos CONCORDIA, turbet
Nulla torum labes, iurgia nulla domum.
Nupta senem quondam, non cesset amare; sed ipsa
Tunc quoq; facta, viro non videatur, anus.

T H A L I A.

ALtera quæ CHARITVM, Paphiæ lætissima proles,
Ad thalamum vobis pauca, sed apta, cano:
Quàm benè Palladiæ sociatur vitis Oliuæ,
Quàmq; hederæ murus conuenienter adest:

Tàm

Tàm benè legitimo sociali viuite lecto,
Semper & alterius subleuet alter onus.
Et velut appositos hedera implicat vndiq; ramos,
Vtq; ferax oleæ vitis adhaesa tumet:
Brachia sic blando, per mutua, jungite nexu,
Et date fecundi germina læta tori.

EUPHROSYNE.

VLtima quæ trinâ, numeror de gente Sororum,
Eueniant Sponsis, hæc precor, EUPHROSYNE.

Viuite longæui, nec gaudia carpite segnes,
Vnus & in gemino pectore flagret Amor.
Sint vobis & opes; perq; omnes floreat annos
Prosperitate domus: Posteritate genus.
Pignora nascantur Virtute simillima patri:
Et matrem referant illa pudore suam.
Sitq; fauens semper vobis DEVS, & pia tandem
Claudatur fato, vita vtriusq;, pio.

Faustæ gratulationis ergò scriptum
à F. Sp.

Mauritio Salvvartho Halensi.
SS. LL. Sr.



ALIUD.

A L I V D.

PYgmalionta ferunt foemellam ebore Indico amoenam
 Sculpfisse eximiae dexteritatis opus:
 Utq; capax auræ fieret vitalis, ad almam
 Pectore de toto vota dedisse Cyprin.
 Audijt hæc Cytharea Erycini in vertice templi,
 Audijt, & precibus pondus inesse tulit.
 Quamq; prius nullum spirantia membra vigotem,
 Cœperunt vitæ viuere lustra nouæ.
 Foeminaq; illa caput reliquas sic extulit inter,
 Ut vix ediderint aurea secla parem.
 Nil, nisi, quis dicat, volitant mihi verba per aures,
 Non opus est vllum queis habuisse fidem.
 Fabula ficta quidem est, fateor, sed continet omen
 Aptum coniugio, coniugibusq; pijs.
 Nempe, sibi sponsam puleram, castamq; piamq;
 Qui cupit in locij jungere honore thori:
 Sedulus hanc, opus est quærat, precibusq; fatigee
 Vnius assiduò Numina trina, DEI.
 Nec minus hoc faciet deposcens Virgo mæritum,
 Sectetur veræ qui pietatis iter.
 Nam solus thalamum Dominus confirmat, & omnis
 Accumulat cumulo sufficiente boni.
 His & inesse fidem probat experientia præsens,
 Dum sacra VVolgango festa, Hymenæe, paras.
 Ille quòd egregiâ dotatam laude puellam
 Nactus init casti foedera conjugij:
 Cuius id esse putem munus? Num Cypridos arti
 Fas adscribi? Absit: Res meliora docet.
 Iunxit enim sponso sponsam ipse Iehoua pudicam,
 Et sponsæ sponsum tradidit ipse pium.

B

Cur

Cur quæris? penetrant nubes pia vota piorum
 Nec redeunt prius ac, quæ petiére, ferant.
 Ergò necesse fuit, Magni Patris ante tribunal
 Spnfi vtriusq; pij, jure, valere preces.
 En salus VVolfgange, novi saluete mariti,
 Salue honor, & thalami non violanda Fides.
 Tu quoq; coniugium, soboles, edenda per isthoc,
 Salue, & felici sydere nata veni.
 Vt gaudere tuâ possint de laude parentes.
 Et sic Gallorum jubilet aucta domus.
 Hoc precor, vt faxis vitæ Deus auctor honestæ,
 Et des coniugibus nil nisi dulce bonum.
 Tu verò cui juris apex in fronte refulget,
 Hac metra digneris, sponse, fauore tuo,

Laurentius Ohmius
 Halensis.

† In hac iterata Editione,
 per incuriam Typographi
 omissum fuit hoc Versus:
 Stichon:

RES PERAMARA VXOR; qua FRI. ALIVD.
 GET amore mariti,

Virtutum
 studijs, atq;
 timore Dei.

COElica Coniugium res est; Vxorq; supernè,
 Atq; simul soboles hinc generosa venit.

Res peramata vxor; quæ feruet amore Mariti,
 Virtutum studijs, atq; timore Dei. †

Isq; polo gratus, similis superisq; putatur,
 Cui coniux supero talis ab axe venit.

Haud igitur ficto vobis è pectore grator,

Vt VVOLFGANGE tibi; sic CATHARINA
 (tibi,

Stat quia mens potius sociali viuere lecto,
 Libera quàm tali subtrahere ora iugo.

Ergò

Ergò quis haud omni vos nunc è parte beatos
 Prædicet; æthereo vosq; placere Deo?
 Omnibus is siquidem feliciter ortus habetur,
 Cuius inest apto commoda nupta toro:
 Rursus & hic valdè infeliciter ortus habetur,
 Cuius acerba jacet nupta (mala herba) toro.
 SPONSE tibi pia, pulcra, pudica, venusta, decora
 Sponta, tui languens semper amore, datur.
 Hanc habeas, dulciq; huius capiaris amore,
 Hancq; scias partem corporis esse tui.
 SPONSA tibi vir & ingenio, eloquio, arte celebris,
 Nempe tui languens ipse & amore, datur.
 Hunc habeas, dulciq; huius capiaris amore,
 Teq; eius partem corporis esse scias.
 Ergò nec immeritò vobis gratantur amici,
 Coniugij Augusto læti in honore noui.
 Sis VVOLGANGE tuis nominis omine felix:
 Nomine sancta simul sis CATHARINA tuo.
 Iungite corda, precesq; Deo nunc fundite, faustis
 Coeptum hic vt auspicijs omne gubernet opus.
 Viuite felices, crescens & in ossibus ardor
 Vinclo Adamanteo pectora vestra liget.
 Viuite, & hinc multam sobolem producite: Natæ
 Sed referant matrem; Filioliq; patrem.
 Sint procul hinc lites, & Eris, socialia lecti
 Pectora perturbans; adsit amicus Eros.
 SPONSE, æques Pylios, superans feliciter annos;
 Viue Sibyllinos, candida SPONSA, dies.

Hanc ne, Sponse, meam, precor, aspernère Thaliam;
 Sit licet artè rudis, sit licet apta minus;

A 2

Sed

Sed potius promptam officijs expendito mentem;
Quodq; parum est, magni muneris instar habe.

Christophorus C. F. Cæsar
Halensis: Scholæ patriæ
Alumnus.

Anno Iesu Christi 1594: quem ostendis
sententia Psalmi 36.

Inebriabuntur ab Ubertate Domus tua:
& torrente Veluptatis tue potabis eos.

Qui annus extremi seculi est
à condito mundo 5556.
ostensus hoc Disticho:

Vespera iam Venit, nobis CVM Chryste Mane sol:
EXtingVI LVcem neC patere vsqVè tVam.

F I N I S.

*Id 4212.
8.*

ULB Halle 3
002 391 589




D


So

Ne

Von







49

N V P T I I S.
CL. V. D. VVOLF.
GANGI HANEN I. V. LICENTIATI
& Scabini Halensis, Sponsi:
&
PVDICAE VIRGINIS KATHARINAE
SALVVARTS, Ioachimi F. Sponsi.
Celebratis IV. Non. Septemb.
Anno 1594.



Halae Saxonum,
TYPIS ACHATII LISKANI,
Anno 1594.
KPLS

